

**www.e-rara.ch**

**Rapsodie historiarũ Enneadum Marci Antonij Loccij Sabellici Ab orbe condito Ad annum Salutis humane 1504. ...**

**Sabellicus, Marcus Antonius**

**Paris, 1509**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: IV B 20 | G - IV B 20: a | G

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-70270>

Iodocus Badius Ascensius Longe verendo et cum primis observando magistro nostro Guilielmo Parvo (...).

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Iodocus Badius Ascensius Longe Verendo: et cum primis obseruando Magistro nostro  
 Guilielmo Paruo: theologo sacri prædicatorum ordinis doctissimo: fidei ad hoc inquisitori generali  
 & regie confessionis auditori prudentissimo: cum debita obseruantia, S.



olent plerique: Pater sapientissime: ex perfico (vt reor) instituto: quæ summum ma-  
 gistratum: aut amplissimum honorem reces aggressos saluaturum: aut ipsis gratulaturum pri-  
 mum conueniunt: muneris aliquid præferre: quo videlicet significant: illos tamen maxi-  
 mis honoribus auctos: maioribus tamen augendos: Quod quidem institutum cum ipse mecum tactum  
 reputaret: anxius disquirete coepi: quoniam munusculo præstantia tua non indigno: te  
 post tanti honoris: non minus tamen oneris: aggressionem conuenire possem. Noui etiam  
 quod sit mihi curta supellex: nec ignoro quo tua excellètia sit honore ampliata. Nam si magnus est regis am-  
 plissimi atque eiusdem Christianissimi / naturalis esse patre: quanto maius erit spirituale fieri: atque in  
 interioribus / totiusque (vt aiunt) conscientie sit moderator & arbiter: Enimvero quum Antigono se  
 Alexandrinus ille exercitus deditisset: visa est illi ea deditiois species pulchrior: quam innumeræ Alexam-  
 dri victoriae fuissent: quod quum ille orientem vicisset: ipse eos a quibus oriens victus fuerat: armis subactos  
 ac sibi deditos videret. Verum in isto regis / confessionis suae auditoris / delectu plus miror illius pru-  
 dentiam: quam tuam pater meritissime / felicitatem. Nam cum in tanta regni gubernatione / prudentia qua-  
 dam diuina superiores vicerit reges: in Confessario (vt ita dicam) eligendo pene seipsum vicit. Ele-  
 git enim longe absentem: nihilque tale cogitantem cum tamen non pauci sese obtulissent: te hominem  
 (absit verbo inuidia) inter parisienses / theologos facile principem: inter prædicatorum ac diuini verbi de-  
 clamatores facundissimum: inter fidei inquisitores oculatissimum: inter eos qui ex multa rerum le-  
 ctione humanorum casuum peritiores facti sunt multo peritissimum: & quod omnium maxime facio ab assen-  
 tatione / vulgata illa regiarum pnicie / abhorrentissimum. Quocirca vt occipiam dicere anxie mecum disquisi-  
 tionem muneris affertem. Nec exitum inuenisset nostra modicitas: nisi viam munuisset / tua praesentia in Ioan-  
 nem Paruum  
 bibliopolam parisiensem. optimum: & in me auctoritate honoris istius aditionem collata munificètia. Quum etiam no-  
 bis animus eest. M. Antonii Sabellici Rapsodiae Historiarum ab orbe condito in hac fere tempore nostris Cha-  
 racteribus imprimendæ & rectoris illustrandæ: neque exemplum haberemus: occurrit tua largitas: exemplumque  
 honestissime apparatus sufficit: non tam vt nobis quam vt toti rei litterariae tantum commodi faceret. Nouerat  
 enim prudentia tua (vt quod totum diligentissime pegerat) quantum artis: fidei ac eruditionis bonae in eo esset  
 ope. Artis quidem quod nemo proximo ad lacteam Titi Liuii eloquentiam accessisse credat: cum tamen hunc apud paulo  
 dixisse predicet Quamobrem si immortalis ille laudem in vnus po. Ro. Rerum praescriptioe meruit: non mirum hic  
 multo maiorem si non diuturniorem in totius orbis gestorum descriptione meruerit: praesertim cum non minore  
 spiritibus gestas vnus enarrasse videat: quam eas totus mundus gessisse. Adde quod ex diuersis autoribus &  
 fere cum ipsorum nominum expressione excerpta: ita orationis stilo diluerit: vt non prius ab innumeris scripta sed  
 ex vnus ore dictata excepisse videat. Vnde adeo vt non immerito toti compositioni Rapsodiae nomen in-  
 diderit. Fidei autem seruandae (quae prima in historia lex est) tam anxie studuit: vt siquid aut in historia variatum  
 aut ab historiographis erratum sit: lector sic admonuerit: vt vni veritati adiuratum verissime censeat.  
 Poterit tamen in recentibus rebus narrandis in suos indulgentior videri: cum illis plus equo tribuat: veritus  
 forte ne si gallos italis formidatos predicasset: audetiores ad reditum fecisset Neque tamen pauca equiori pre-  
 sita lance. Porro eruditionis bonae tantum inest operi: vt nulla sit vite pars: nullaque hominum conditio quae  
 non abunde vel quod sequatur. vel quod deuitet multitudine ediscat exemplis. Quibus de causis: pater specta-  
 tissime: cum Prudentissimi regis moderatio secundum deum in manu tua sit: illiusque loco totius mundi cursum  
 vno fere obtutu: in hoc ope inspectare possis: ne ob eius absentiam quippiam memoratu dignum me-  
 moria tua labatur: ipsum indicibus nostris seu tabulis alphabeticis diligenter a nobis collectis illustra-  
 tum: & non negligenter impressum: tuoque fauultissimo nomini nuncupatum & addictum: remittimus: ora-  
 tes boni consulas: sinasque tuo fultum praesidio mortalibus ceteris impertiri. Tantum exoratum volui: Vale  
 dulce decus ac praesidium nostrum. Ex officina nostra litteraria in academia Parthisiensi ad Decimum Calen-  
 das Ianuarias Anno ab Natali Christiano .M.D.IX.

